

est: ut, si in contumeliam [meam] pulsatus sit, competat mihi injuriarum actio. Idem ergo et si in servo¹⁰ alieno bona fide mihi servienti: ut totius admittamus injuriarum actionem, quotiens in meam contumeliam injury ei facta sit: nam ipsius quidem servi nomine, domino dabimus injuriarum actionem. Si autem me tangat et pulset: injuriarum mihi quoque est. Ergo et in fructuario idem distinguui potest. — § 49. Si servum complurium cecidero, competere injuriarum actionem omnibus, plus quam manifestum est.

16. PAULUS, lib. 48, ad Edictum.

Sed non esse aequum, pro¹¹ maiore parte, quam pro qua dominus est, damnationem sieri, Pedius ait: et ideo officio judicis portiones aetimandae erunt.

17. ULPIANUS, lib. 57, ad Edictum.

Sed si unius permisso id fecero, si quidem solius ejus esse putavi, nulli competit injuriarum actio: plane si scivi plurimum, ei quidem qui permisit, non competit¹² injuriarum actio, ceteris competit. — § 1. Si jussu tutoris aut procuratoris vel curatoris, quæstio habita sit, consequens erit dicere, cessare injuriarum actionem. — § 2. Servus meus opera vel querela tua, flagellis casus est a magistrato nostro. Mela putat dandum mihi injuriarum adversus te, in quantum ob eam rem aequum judici videbitur; et si servus decesserit, dominum ejus agere posse, Labeo ait: quia de domino quod per injuriam factum est, agatur; et ita Trebatius placuit. — § 3. Quedam injuria liberis hominibus factæ levis nonnullius momenti videntur: enimvero a servis, graves sunt: crescit¹³ enim contumelia ex persona ejus, qui contumeliam fecit. — § 4. Cum servus injuriam facit, maleficium eum admittere palam est. Merito igitur, siuti ex ceteris delictis, ita et ex hoc¹⁴ injuriarum noxalis actio datur. Sed in arbitrio domini est, an velit eum verberandum exhibere, ut ita satisfiat ei, qui injuriam passus est; neque erit necesse domino utique eum verberandum prestat: sed dabit ei facultas præstare ei servum verberandum; aut si de eo verberibus satis non fiat, noxae dedendum, vel litis estimationem sufferendam, — § 5. Ait prætor, arbitru¹⁵ judicis: utique quasi¹⁶ viri boni, ut ille modum verberum imponat. — § 6. Si ante judicem dominus verberandum servum exhibuerit, ut satis verberibus ei fieret, et erit factum arbitru¹⁷ alioius, postea actor agere injuriarum perseverat: non est audiendus; qui enim accepit satisfactionem, injuriam suam remisit. Nam et si nuda¹⁸ voluntate injuriam remisit, indubitate dicendum est, extinguiri injuriarum actionem, non minus, quam si tempore¹⁹ abolita fuerit injuria. — § 7. Si jussu domini servus injuriam fecerit, utique dominus conveniri poterit etiam suo nomine. Sed si proponatur servus manumissus, placet Labeo dandum in eum actionem: quia et noxa²⁰ caput sequitur, nec²¹ in omnia servus domino parere debet; ceterum, et si occiderit jussu domini, Cornelius eum excusat. — § 8. Plane si defendendi domini gratia aliquid fecerit, rationem ei constare appetit: inquit eam rem adversus agentem exceptio objicienda erit. — § 9. Si servus in quo ususfructus meus est, injuriam mihi fecerit: adversus dominum noxali judicio experiri poterit; neque²² debo deterioris conditionis ob hoc esse, quod usumfructum in eo habeo, quam si non haberem. Alter atque si servus communis esset: tunc enim non daremus socio actionem, ea propter, quia et ipse injuriarum actione tenetur. — § 10. Ait prætor: Si ei qui in alterius potestate erit injuria facta esse dicetur: et neque is, cuius in potestate est, præsens²³ erit, neque procurator²⁴ quisquam existat, qui eo nomine agat, causa²⁵ cognita, ipsi qui injuriam accepisse²⁶ dicetur, judicium dabo. — § 11. Filiofamilias injuriam passi, si presens sit pater, agere lamen non possit propter furorem, vel quem alium casum dementia, puto competere²⁷ injuriarum actionem: nam et hic pater ejus absens²⁸ loco est. — § 12. Plane si presens agere nolit, vel quia differt, vel quia remittit atque donat²⁹ injuriam: magis est, ut filio actio non detur; nam et cum abest, idcirco datur³⁰ filio actio, quia verisimile est patrem, si presens fuisset, acturum fuisse. — § 13. Interdum tamen putamus, etsi pater remittat, injuriarum actionem filio dandum: utputa si patris persona vilis abjectaque sit, filii honesta: neque enim debet pater vilissimus filii sui contumeliam ad suam utilitatem metiri; ponamus esse eum patrem, cui jure meritoque curator a prætor constitueretur. — § 14. Sed si pater, litem contestata, copiter abesse; vel etiam negligere executionem pater vilis: dicendum est, causa cognita translationem filio competere. Idem et si

¹⁰ d. 26, in fin. — ¹¹ d. 4, Inst. eod. — ¹² L. 1, 2 5, in fin. supr. eod. — ¹³ 2 7, vers. nam secundum. L. 1, 2 4, Inst. eod. — ¹⁴ L. 20, in fin. supr. eod. — ¹⁵ L. 1, 2 20, in fin. h. 1. — ¹⁶ L. 1, 2 2, supr. h. 1. — ¹⁷ L. 1, 2 1, supr. h. 1. — ¹⁸ L. 5, C. eod. — ¹⁹ L. 1, in fin. supr. de privat. delict. — ²⁰ L. 1, 2 7, supr. h. 1. — ²¹ L. 5, 2 2, in fin. supr. eod. — ²² L. 1, 2 15, 2 4, supr. eod. — ²³ L. 1, 2 23, 2 5, in fin. h. 1. — ²⁴ L. 1, 2 18, in fin. supr. de oblig. — ²⁵ L. 1, 2 25, 2 5, supr. eod. — ²⁶ L. 1, 2 25, 2 5, in fin. supr. qui subsd. eod. — ²⁷ Fac. L. 5, in fin. supr. ad leg. Jul. de vi publ. — ²⁸ L. 9, supr. de oblig. et act. L. 50, in fin. h. 1.

emancipatus filios esse proponatur. — § 15. Procuratorem patris praetulit prætor ipsis personis, quæ injuriam passæ sunt. Si tamen procurator, aut neglegat, aut colludat, aut non sufficiat adversus personas, quæ injuriarum fecerunt: ipsi potius qui passus est injuriam, actio injuriarum competit.

§ 16. Procuratorem autem accipere debemus, non utique eum, cui specialiter mandata est procuratio actionis injuriarum: verum sufficit²⁹ eum esse, cui omnium rerum administratio mandata est. — § 17. Quod autem ait prætor, causa cognita [ipsi qui injuriam accepisse dicetur, judicium permitti]: ita accipendum est, ut in cognitione cause hoc veretur, quam longe pater absit, et quando superventur; et nunquid is, qui injuriarum vult actionem movere, [segnior] vel inutili admodum, qui non sufficiat ad rei cujus administrationem, per hoc nec ad actionem.

§ 18. Quod deinde ait³⁰, qui injuriam accepit, interdum ita accipendum est, ut patri ejus competat actio: utputa nepoti³¹ facta injuria est, pater præsens est, avus abest: sribit Julianus, patri potius dannum injuriarum actionem, quam ipsi nepoti; ad cujus, inquit, officium pertinet etiam vivente avo, filium suum in omnibus tueri. — § 19. Idem Julianus sribit, filium non tantum ipsum agere debere, verum procuratorem dare³² posse: alioquin, inquit, nisi ei permisimus procuratorem dare, futurum est, ut si valetudine impediatur, neque sit, qui injuriarum actionem exequatur, impediatur actio. — § 20. Idem ait, et si nepoti³³ facta sit injuria, et nemo³⁴ sit qui avi nomine agat, permittendum esse patri experiri, et is procuratorem dabit: omnibus enim qui suo nomine actionem habent, procuratorem dandi esse potestatem; intelligi autem filium, inquit, familias suo nomine agere, cum patre cessante prætor ei agere permittat. — § 21. Si filiusfamilias injuriarum egerit, patri actio non competit. — § 22. Idem ait, filiofamilias injuriarum nomine actionem dari, quotiens³⁵ nemo est qui patris nomine experiatur, et hoc casu quot paupremfamilias constitui; quare sive emancipatus sit, sive ex parte heres scriptus fuerit, vel etiam exheredatus, sive paterna hereditate abstineretur, executionem litis ei dandum: esse enim per absurdum, quem prætor manente patria potestate ad actionem admittendum probaverit, ei patrifamilias ultionem injuriarum suarum eripi, et transferri ad patrem, qui eum quantum in ipso est, omisit; aut (quod est indignus) ad heredes patris, ad quos non pertinere injuriam filiofamilias factam procudubio est.

18. PAULUS, lib. 58, ad Edictum.

Eum qui nocentem infamavit, non esse bonum æquum ob eam rem condemnari, peccata enim nocentium nota esse, et oportere et expedire. — § 1. Si servus servo fecerit injuriam, perinde agendum quasi si dominio fecisset. — § 2. Si nuptia filia familie injuriam accepit, et vir³⁶ et pater injuriarum agant, Ponporius recte putat tanti patri condemnam esse reum, quanti condemnetur si ea vidua esset; viro tanti, quanti condemnaretur si ea in nullius potestate esset: quod sua cuiusque injuria propriam estimationem habetur; et video si nupta in nullius potestate sit, non ideo minus eam injuriarum agere posse, quod et vir [in] suo nomine agat. — § 3. Si injuria mili flat ab eo cui sim ignotus³⁷; aut si quis putet me Lucium Titum esse, quem sim Caius Seius: prævalet quod principale est, injuriam eum mihi facere velle; nam certus ego sum, licet ille putet me alium esse, quam sum, et ideo injuriarum habeo³⁸. — § 4. [At] cum aliquis filiumfamilias, patremfamilias putat, non potest videri injuriam patri facere, non magis quam viro, si mulierem viduam esse credit; quia neque in personam eorum confertur injuria, nec transferri per personam putationem ex persona filiorum ad eos potest: cum affectus injuriarum faciens in hunc, tanquam in patremfamilias consistat. — § 5. Quod si scisset filiumfamilias esse, tamen si nescisset cuius filius esset: dicere, inquit, patrem suo nomine injuriarum agere posse: nec minus virum, si ille nuptam esse sciret; nam qui haec non ignorat, cuicunque patri, cuicunque marito, per³⁹ filium, per uxorem⁴⁰ vult facere injuriam.

19. GAIUS, lib. 22, ad Edictum provinciale.

Si creditor meus cui paratus sum solvere, in injuriam meam fidejussiones meos interpellaverit⁴¹: injuriarum tenetur.

20. MODESTINUS, lib. 42 Responsorum.

Si injuria facienda gratia Seia domum absens debitor⁴² signasset sine auctoritate ejus, qui concedendi jus, potestatemque habuit, injuriarum actionem intendi posse respondit.

²⁹ L. 12, in pr. supr. de solut. — ³⁰ L. 20, in fin. supr. h. 1. — ³¹ L. 20, in fin. h. 1. — ³² L. 11, 2 2, supr. h. 1. — ³³ L. 2 18, supr. h. 1. — ³⁴ L. 10, supr. h. 1. — ³⁵ L. 2 1, supr. h. 1. — ³⁶ L. 1, in fin. supr. h. 1. — ³⁷ L. 5, 2 2, in fin. supr. de privat. delict. — ³⁸ L. 1, 2 7, supr. h. 1. — ³⁹ L. 1, 2 20, in fin. supr. de oblig. — ⁴⁰ L. 1, 2 18, in fin. supr. de oblig. — ⁴¹ L. 1, 2 25, 2 5, in fin. supr. qui subsd. eod. — ⁴² Add. L. 15, 2 35, supr. h. 1. Inst. h. 1.

21. JAVOLENUS, lib. 9 Epistolarum.
Injuriarum aestimatio non ad id tempus quo judicatur, sed ad id quo facta est, referri debet.

22. ULPIANUS, lib. 4, ad Edictum prætoris.

Si liber pro fugitivo apprehensus erit, injuriarum cum eo agit.

23. PAULUS, lib. 4, ad Edictum.

Qui in domum alienam invito domino introiret quamvis in jus vocati, actionem injuriarum in eum competere, Ofilius ait.

24. ULPIANUS, lib. 18, ad Edictum prætoris.

Si quis proprium⁴³ servum distrahere prohibetur a quolibet, injuriarum experiri potest.

25. Idem, lib. 18, ad Edictum.

Si stuprum serva passa sit, injuriarum⁴⁴ actio dabitur: aut si celavit mancipium, vel quid aliud furandi animo fecit, etiam furti: vel si virginem immaturam stupraverit, etiam legis Aquilæ actionem competere [quidam] putant.

26. PAULUS, lib. 19, ad Edictum.

Si stuprum serva passa sit, injuriarum⁴⁴ actio dabitur: aut si celavit mancipium, vel quid aliud furandi animo fecit, etiam furti: vel si virginem immaturam stupraverit, etiam legis Aquilæ actionem competere [quidam] putant.

27. Idem, lib. 27, ad Edictum.

Si status patris tui in monumento positâ, saxis cæsa est, sepulchri violati agi non posse, injuriarum posse, Labeo scribit.

28. ULPIANUS, lib. 34, ad Sabinum.

Injuriarum actio in bonis nostris non computatur, antequam⁴⁵ item contestemur.

29. PAULUS, lib. 40, ad Sabinum.

Si servum cuius nomine injuriarum actio tibi competit, manumiseris aut alienaveris⁴⁶: superest tibi injuriarum actio.

30. ULPIANUS, lib. 42, ad Sabinum.

Servo autem manumisso⁴⁸ non competitere actionem ob injuriam, quam in servitute passus est, quis dubitet? — § 1. Si filio injuria facta sit, cum utriusque⁴⁹, tam filio, quam patri, adquisita actio sit, non eadem utique facienda est: estimatio est⁵⁰:

31. PAULUS, lib. 40, ad Sabinum.

Cum possit propter filii dignitatem⁵¹ major ipsi, quam patri, injuria facta esse.

32. ULPIANUS, lib. 42, ad Sabinum.

Nec magistratibus licet aliquid injuriose facere. Si quid igitur per injuriam fecerit magistratus, vel quasi privatus, vel fiducia magistratus: injuriarum potest conveniri; sed utrum posito magistratu, an vero et quādiū est in magistratu? sed verius est, si is magistratus est, qui sine⁵² fraude in ius vocari non potest, expectandum esse quod magistratu abeat; quod et si ex minoribus magistratibus erit, id est, qui sine imperio aut potestate sunt magistratus: et in ipso magistratu posse eos conveniri.

33. PAULUS, lib. 40, ad Sabinum.

Quod reipublicæ⁵³ veneranda causa secundum bonos mores fit, etiam si ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea mente magistratus facit, ut injuriam faciat, sed ad vindictam majestatis publicæ respiciat: actione injuriarum non tenetur.

34. GAIUS, lib. 43, ad Edictum provinciale.

Si plures servi simul aliquem ceciderint, aut convicium alicui fecerint: singularum⁵⁴ proprium est maleficium, et tanto major injuria, quanto a pluribus admissum est; imo etiam tot injuria sunt, quot et persona injuriarum facientur.

35. ULPIANUS, lib. 3, de omnibus Tribunalibus.

Si quis injuriam atrocem fecerit, qui contemnere injuriarum judicium possit ob infamiam suam et egestatem, prætor acriter exequi hanc rem debet, et eos, qui injuriam fecerunt, coercere.

⁴³ L. 15, 2 6, supr. 2 10, Inst. h. t. — ⁴⁴ L. 6, in pr. infr. ad leg. Jul. de adult. — ⁴⁵ L. 1, 2 2, supr. h. t. — ⁴⁶ L. 15, in pr. supr. eod. — ⁴⁷ Fac. L. 11, 2 8, supr. h. t. — ⁴⁸ L. 1, 2 7, supr. h. t. — ⁴⁹ d. L. 1, in fin. L. 2, C. eod. — ⁵⁰ L. 31, in pr. eod. — ⁵¹ L. 2, 2, circa fin. Inst. eod. — ⁵² Fac. L. 2, 2, supr. in fin. L. 1, 2 1, 2 2, 2 3, 2 4, 2 5, 2 6, 2 7, 2 8, 2 9, 2 10, 2 11, 2 12, 2 13, 2 14, 2 15, 2 16, 2 17, 2 18, 2 19, 2 20, 2 21, 2 22, 2 23, 2 24, 2 25, 2 26, 2 27, 2 28, 2 29, 2 30, 2 31, 2 32, 2 33, 2 34, 2 35, 2 36, 2 37, 2 38, 2 39, 2 40, 2 41, 2 42, 2 43, 2 44, 2 45, 2 46, 2 47, 2 48, 2 49, 2 50, 2 51, 2 52, 2 53, 2 54, 2 55, 2 56, 2 57, 2 58, 2 59, 2 60, 2 61, 2 62, 2 63, 2 64, 2 65, 2 66, 2 67, 2 68, 2 69, 2 70, 2 71, 2 72, 2 73, 2 74, 2 75, 2 76, 2 77, 2 78, 2 79, 2 80, 2 81, 2 82, 2 83, 2 84,

5. *Idem*, lib. 3, de Adulteris.

Stellionatus vel expilate hereditatis judicia accusationem quidem habent: sed non sunt publica².

4. MARCIANUS, lib. 4 Regularum.

Divus Severus et Antoninus rescriperunt, eam quae data opera abegit, a preside in tempore exilium⁵ dandam: indignum enim videri potest, impune eam maritum liberis fraudasse.

5. ULPIANUS, lib. 25, ad Edictum prætoris.

In eum cuius instinctu ad infamandum dominum servus ad statuum⁴ confugisse corruptus erit, praeter corrupti servi actionem, quæ ex edicto perpetuo competit, severe animadveritur.

6. *Idem*, lib. 8, de Officio proconsulis.

Annonam adtempare et vexare vel maxime dardanarii solent: quorum avaritia obviam itum est tam mandatis, quam constitutionibus. Mandatis denique ita caverut: præterea debebis custodire, ne dardanarii ullius mercis sint: ne aut ab his qui coemptas merces supprimunt⁵, aut a locupletioribus, qui fructus suos aequis pretiis vendere nollent, dum minus uberes proventus expectant, [ne] annona oneretur. Pœna autem in hos varie statuit: nam plerunque, si negotiantes sunt, negotiatione eis tantum interdicuntur, interdum et relegari solent, humiliiores ad opus publicum dari. — § 1. Onerant annonam etiam stateræ adulterinæ, de quibus D. Trajanus edictum proposuit, quo editio penam legis Cornelie in eos statuit, perinde ac si lega testamentaria, quod testamentum falsum scripsisset, signasset, recitasset, damnatus esset. — § 2. Sed et divus Hadrianus eum qui falsas mensuras⁶ habuit, in insulam relegavit.

7. *Idem*, lib. 9, de Officio proconsulis.

Sacculari⁷ qui vetitas in sacculo artes exercentes, partem subducunt, item qui derectorii⁸ appellantur, hoc est, hi qui in aliena coenacula se dirigunt furandi animo: plus quam fures puniendi sunt; idcirco aut ad tempus in opus dantur publicum, aut fustibus castigantur, et dimittuntur, aut ad tempus relegantur.

8. *Idem*, eodem libro.

Sunt præterea crimina, quæ ad executionem præsidis pertinent; utputa si quis instrumenta sua prolixa esse dicat: nam hujus rei executio prefecto urbis a divis fratribus data est.

9. *Idem*, eodem libro.

Sunt quedam quæ more provinciarum coercionem solent admittere: utputa in provincia Arabia ὁ στέλεχος, id est, lapidum possessionem, crimen appellant, cuius rei admissum tale est: plerique inimicorum solent prædiūm inimici ὁ στέλεχος, id est, lapides ponere indicio futuros, quod si quis eum agrum coluisse, malo letho perituras esset insidiis eorum, qui scopolos posse possident: quæ res tantum timorem habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui scopolos fecerunt: hanc rem præsidies exequi solent graviter usque ad penam capitū, quia et ipsa res mortem communiat.

10. *Idem*, eodem libro.

In Ægypto qui chomata rumpit, vel dissolvit, (hi sunt aggeres, qui quidem solent aquam niloticam continere) ex quo plectur extra ordinem: et pro conditione sua, et pro admissi mensura. Quidam opere publico aut metallo plectuntur; et metallo quidem secundum suam dignitatem, si quis arborem sycaminonem excederit: nam et haec res vindicatur extra ordinem, non levi pena, idcirco, quod haec arbores colligunt aggeres niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur, et coercentur, et diminutiones aequæ coercentur. Chomata etiam, et diacopi qui in aggeribus sunt, plecti efficiunt eos qui admiserint.

11. PAULUS, lib. 4 Sententiarum.

In circulatori, qui serpentes circumferunt et proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur.

TIT. XII.

DE¹ SEPULCHRO VIOLATO.

1. ULPIANUS, lib. 2, ad Edictum prætoris.

Sepulchri violati actio infamiam irrogat.

² L. 1, infr. stellionat. — 3. L. 8, infr. ad leg. Cornel. de sicar.; junct. L. 38, § 5, infr. de pœn. — 4. L. 28, § 7, infr. d. t.; L. un. C. de his, qui ad status. — 5. L. 3, in fin. infr. stellionat. — 6. L. pen. in fin. infr. ad leg. Coru. de fals.; L. 57, infr. de pœn. — 7. L. 1, § ult. infr. de refractor. — 8. d. L. 1, § ult.

Tir. XII. — 1. Lib. 9, C. 19; N. Leon. 96. — 2. L. 11, § 2, supr. quod vi aut clam. — 3.

2. *Idem*, lib. 18, ad Edictum prætoris.

Si sepulchrum quis diruit, cessat Aquilia: quod vi tamen², aut clam, agendum erit. Et ita de statua de monumento evulsa Celsus scribit. Idem querit, si neque adplumbata fuit, neque adfixa, ac pars monumenti effecta sit, an vero maneat in bonis nostris? Et Celsus scribit, sic esse monumenti, ut ossuarium: et ideo quod vi aut clam interdicto locum fore.

3. ULPIANUS, lib. 25, ad Edictum prætoris.

Prætor ait: *Cuius³ dolo malo sepulchrum violatum esse dicetur, in eum in factum judicium dabo: ut ei ad⁴ quem pertineat, quanti ob eam rem aequum⁵ videbitur, condemnetur. Si nemo erit ad quem pertineat, sive agere volet: quicunque agere volet, ei centum aureorum actionem dabo. Si plures agere volent, cuius justissima causa esse videbitur, ei agendi potestatem faciam. Si quis in sepulchro dolo malo habitaverit⁶, edificiumve aliud quamque sepulchri causa factum sit, habuerit: in eum, si quis eo nomine agere volet, ducentorum aureorum judicium dabo.* — § 1. Prima verba ostendunt, eum demum ex hoc plecti qui dolo malo violavit: si igitur dolus absit, cessabit ejusdem personæ. Igitur dolis non capaces (ut⁷ [admodum] impuberis, item omnes qui non animo violandi accidunt) excusat sunt. — § 2. Sepulchri⁸ autem appellatione omnem sepulture locum contineri existimandum est. — § 3. Si quis in hereditarium sepulchrum inferat, quamvis heres, tamen potest sepulchri violati teneri, si forte contra voluntatem testatoris intulit: licet enim caverre testatori, *Ne quis eo inferatur*: ut rescripto imperatoris Antonini caverut. Servari enim voluntatem eius oportere. Ergo et si cavat, ut unus tantum heredum inferret, servabatur, ut solus inferat. — § 4. Non perpetua⁹ sepultura tradita corpora posse transferri, edicto D. Severi continetur: que mandatur, *Ne corpora detinervi¹⁰, aut vexarentur, aut prohiberentur per territoria oppidorum transferri*. D. autem Marcus rescripsit, *Nullam pœnam meruisse eos qui corpus in itinere defuncti per vicos aut oppidum transixerunt: quamvis talia fieri sine permisso eorum, quibus permitti jus est, non debant*.

§ 5. D. Hadrianus rescripto pœnam statuit, quadraginta aureorum in eos qui in civitate¹¹ sepeliunt: quam fisco inferri jussit, et in magistratus, eadem qui passi sunt: et locum publicari jussit, et corpus transferri. Quid tamen, si lex municipalis permitat in civitate sepeliri? post rescripta principali an ab hoc discessum sit, videbimus: quia generalia sunt rescripta, et oportet imperialia statuta suam vim obtinere, et in omni loco valere. — § 6. Si quis in sepulchro habitasset¹², edificiumque habuisset, ei qui velit, agendi potestas fit. — § 7. Adversus eos qui cadavera spoliant, præsides severius intervenire solent; maxime si manu armata adgrediantur: ut si armati more latronum id egerint, etiam capite plectantur, ut D. Severus rescripsit; si sine arms, usque ad pœnam metalli procedunt. — § 8. Qui de sepulchri violati actione judicant, estimabunt, quatenus intersit, scilicet ex injuria quæ facta est: item ex lucro ejus qui violavit: [vel] ex damno quod contigit: vel ex temeritate ejus qui fecit; nunquam tamen minoris debent condemnare, quam solent extraneo agente. — § 9. Si ad plures jus sepulchri pertineat, utrum omnibus damna actionem: an ei qui occupavit? Labeo omnibus dandam dicit; recte, quia in id quod uniuscunquaque interest, agitur. — § 10. Si cujus interest, sepulchri violati agere nollet: potest ponitentia [acta] antequam lis ab alio contestetur, dicere, velle se agere: et audiatur. — § 11. Si servus in sepulchro habitat, vel edificavit: noxalis actio cessat, et in eum prætor hanc actionem pollicetur. Si tamen non habet, sed domunculam ibi habeat servus: noxale judicium erit dandum, si modo habere posse videtur. — § 12. Hæc actio popularis est.

4. PAULUS, lib. 27, ad Edictum prætoris.

Sepulchra hostium¹³ religiosa nobis non sunt; ideoque lapides inde sublatos, in quemlibet usum convertere possumus: non sepulchri violati actione competit.

5. POMPONIUS, lib. 6, ex Plautio.

Utimur eo jure, ut dominis fundorum, in quibus sepulchra fecerint, etiam post¹⁴ venditos fundos adeundorum sepulchrorum sit jus. Legibus namque prædiorum vendendorum cavelut, *Ut ad sepulchra quæ in fundis sunt, iter ejus aditus, ambitus funeris faciendi sit*.

6. JULIANTUS, lib. 10 Digestorum.

Sepulchri violati actio in primis datur ei ad¹⁵ quem res pertinet. Quo

² L. 1, infr. b. l. — 4. § 9 et seq. infr. hic; L. 6, L. 10, infr. b. t. — 5. § 8, infr. b. l. — 11, infr. b. l. — 7. L. 2, § 19, supr. vi bon. rapt. — 8. L. 2, § 5, supr. de religios. — 9. L. 10, C. d. t. — 10. L. 58, supr. d. t. — 11. L. 12, C. d. t. abrog. N. Leon. 55. — 12. In pr. supr. h. 1 — 13. Addit. L. 56, supr. de religios. — 14. L. 10, supr. d. t. — 15. L. 3, in pr. supr. h. t.

T

de Tabulis exhibendis. pag. 1396. lib. 43. tit. 6.

de Termino moto. 1881. * 47. 21.

Testamenta quemadmodum aperiantur. 931. * 29. 3.

de Testamentaria tutela. 810. * 26. 2.

de Testamento militis. 912. * 20. 1.

de Testibus. 737. * 22. 5.

de Tigno juncto. 1538. * 47. 3.

de Transactionibus. 287. * 2. 15.

de Tributoria actione. 563. * 14. 4.

de Tritico, vino, vel oleo legato. 1034. * 35. 6.

de Tutela et rationibus distrahendis. 882. * 27. 3.

de Tutelis. 808. * 26. 1.

de Tutoribus et Curatoribus datis. 817. * 26. 5.

V U

de Vacacione et excusatione. 1680. * 50. 8.

Ubi pupillus educari. 881. * 27. 2.

de Ventre in possess. mittendo. 1180. * 37. 9.

de Verborum obligationibus. 4461. * 45. 1.

— significazione. 1696. * 50. 16.

de Veteranis. 1667. * 49. 18.

de Veteranorum et militum success. 1229. * 38. 12.

de Via publica et itinere. 1401. * 45. 11.

— et si quid in ea. 1401. * 45. 40.

Vi bonorum raptorum. 1860. * 47. 8.

de Vi et de vi armata. 1405. * 45. 16.

Unde cognati. 1218. * 58. 8.

— legitimi. 1217. * 58. 7.

— Vir et uxori. 1228. * 58. 11.

de Usu et habitatione. 422. * 7. 8.

— et Usufructu. 1021. * 53. 2.

de Usufructu accrescendo. 415. * 7. 2.

— earum rerum, quæ usu cons. 419. * 7. 5.

— et quemadmodum quis utatur. 401. * 7. 1.

Usufructarius quemadmodum caveat. 425. * 7. 9.

de Usurpationibus et usucaptionibus. 1581. * 41. 5.

Ut ex legibus, SCtis bonor. possess. detur. 1229. * 38. 14.

— in flumine publico navigare. 1404. * 43. 14.

— in possessionem legatorum. 4188. * 36. 4.

— legatorum, seu fideicommissorum. 4181. * 36. 5.

Uti possidetis. 1410. * 45. 17.

de Utrubi. 1453. * 43. 51.

de Vulgi et pupilli substitutione. 898. * 28. 6.

T

- de Tabulis exhibendis.* pag. 4396. lib. 45. tit. 8.
de Termine moto. 1881. * 47. 21.
Testamenta quemadmodum aperiantur. 931. * 29. 3.
de Testamentaria tutela. 810. * 26. 2.
de Testamento militis. 912. * 29. 4.
de Testibus. 737. * 22. 5.
de Tigno juncto. 1888. * 47. 3.
de Transactionibus. 287. * 2. 18.
de Tribatoria actione. 563. * 14. 4.
de Tritico, vino, vel oleo legato. 1034. * 35. 6.
de Tutela et rationibus distrahendis. 882. * 27. 3.
de Tutelis. 808. * 26. 1.
de Tutoribus et Curatoribus datis. 817. * 26. 5.

V U

- de Vacacione et excusatione.* 1680. * 80. 5.
Ubi pupillus educari. 851. * 27. 2.
de Ventre in possess. mittendo. 1480. * 37. 9.
de Verborum obligationibus. 1461. * 48. 1.
— significatione. 1696. * 80. 16.
de Veteranis. 1687. * 49. 18.
de Veteranorum et militum success. 1229. * 38. 12.
de Via publica et itinere. 1401. * 45. 11.
— et si quid in ea. 1401. * 45. 10.
Vi bonorum raptorum. 1660. * 47. 8.
de Vi et de vi armata. 1408. * 45. 16.
Unde cognati. 1218. * 38. 8.
— legitimi. 1217. * 38. 7.
— Vir et uxor. 1228. * 38. 11.
de Usu et habitatione. 422. * 7. 8.
— et Usufructu. 1021. * 35. 2.
de Usufructu accrescendo. 413. * 7. 2.
— earum rerum, que usu cons. 419. * 7. 8.
— et quemadmodum quis utatur. 401. * 7. 1.
Usufructarius quemadmodum caveat. 428. * 7. 9.
de Usuris et fructibus. 728. * 22. 1.
de Usurpationibus et usucaptionibus. 1581. * 41. 5.
Ut ex legibus, SCtis honor. possess. detur. 1229. * 38. 14.
— in flumine publico navigare. 1404. * 45. 14.
— in possessionem legatorum. 1188. * 36. 4.
— legatorum, seu fideicommissor. 1151. * 36. 3.
Uti possidetis. 1410. * 45. 17.
de Utrubi. 1453. * 45. 31.
de Vulgari et pupillari substitutione. 898. * 28. 6.

cessante, si alius egerit, quamvis reipublicæ causa absuerit dominus, non debebit ex integrō adversus eum, qui litis estimationem sustulerit, dari. Nec potest videri deterior fieri conditio ejus qui reipublicæ causa abfuit, cum hac actio non ad rem familiarem ejusdem, [sed] magis¹⁶ ad ultimum pertineat.

7. MARCIANUS, lib. 3 Institutionum.

Sepulchri deteriorem conditionem fieri prohibitum est: sed corruptum et lapsum monumentum corporibus non contactis licet resicare.

8. MACER, lib. 1 Publicorum.

Sepulchri violati crimen potest dici ad legem Julianam de vi publica per tinere ex illa parte, qua eo cavetur, *qui fecerit quid, quo minus aliquis funeretur, sepeliatu[m]e*: quia et qui sepulchrum violat, facit quo quis minus sepultus sit.

9. *Idem*, lib. 2 publicorum Judiciorum.

De sepulchro violato actio quoque pecuniaria¹⁸ datur.

10. PAPINIANUS, lib. 8 Questionum.

Quæsitum est, an ad heredem necessarium, cum se bonis non mis cuisset, actio sepulchri violati pertinet? Dixi, recte eum ea actione experiri, que in bonum et aequum concepta est. Nec tamen, si egerit, hereditarios credidores timebit: cum etsi per hereditatem obtigit hæc actio, nihil tamen ex defuncti capiatur voluntate, neque id capiatur quod in rei persecutione, sed in sola¹⁹ vindicta sit constitutum.

11. PAULUS, lib. 5 Sententiarum.

Rei sepulchrorum violatorum, si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint, humiliores quidem fortunæ summo supplicio adficiuntur, honestiores in insulam deportantur: alias autem relegantur, aut in metallo damnantur.

TIT. XIII.

DE CONCUSSIONE.

1. ULPIANUS, lib. 8 Opinionum.

Si simulato præsidis jussu concusso intervenit, ablatum ejusmodi errore restituì præses provinciae jubet, et delictum coercet⁴.

2. MACER, lib. 1 publicorum Judiciorum.

Concussionis judicium publicum non est: sed si ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus sit, potest judicium publicum esse ex se natusconsultis, quibus pena legis Corneliae teneri jubentur, qui in accusationem innocentium coierint, quive ob accusandum, vel non accusandum, denunciandum², vel non denunciandum testimonium, pecuniam accepterint.

TIT. XIV.

DE ABIGEIS⁴.

4. ULPIANUS, lib. 8, de Officio proconsulis.

De abigeis puniendi ita divus Hadrianus consilio Beticæ rescriptit, *Abigei cum durissime puniuntur, ad gladium damnari solent*: puniuntur autem durissime non utique, sed ubi frequenter est id genus maleficū: alioquin [et] in opus, et nonnunquam temporarium dantur. — § 1. Abigei autem proprie hi habentur, qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, et quodammodo deprendantur, et abigendi studium quasi artem exercent, equos de gregibus, vel boves de armentis abducentes. Cæterum si quis bovem aberrantem, vel equos in soliditudine relictos abduxerit, non est abigeus, sed fui potius. — § 2. Sed et qui portam, vel capram, vel vervecem abduxerit, non tam graviter, quam qui majora animalia abigunt, pleci debent. — § 3. Quanquam autem Hadrianus metalli penam, item operis, vel etiam gladii præstiterit, attamen qui honestiore loco nati sunt, non debent ad hanc penam pertinere, sed aut relegandi erunt, aut movendi ordini. Sane qui cum gladio² abigunt, non

¹⁶ L. 20, in fin. supr. de acquir. vel omitt. hered. — ¹⁷ L. ult. C. h. t.; L. 38, supr. de religios. — ¹⁸ L. 5, in pr. supr. h. t. — ¹⁹ L. 6, in fin. supr. ed.; L. 20, in fin. supr. de acquir. vel omitt. hered.

Tir. XIII. — 1. N. 24, c. 2; add. L. 8, supr. de calumnia. — 2. L. 1, § 2, in pr. ad leg. Corn. de fals. ; L. 17, in fin. C. de testib.

inique bestiis objiciuntur. — § 4. Qui pecora, de quorum proprietate faciebat controversiam, abegit, ut Saturninus quidem scribit, ad examinationem civilem remittendus est: sed hoc ita demum probandum est, si non color abigeatus quesitus est, sed vere putavit sua justis rationibus ductus.

2. MACER, lib. 1 publicorum Judiciorum.

Abigeatus crimen publici judicij non est: quia furtum magis est; sed quia plerumque abigei et ferro⁵ untur, si deprehendentur, ideo graviter et puniri eorum admissum solet.

3. CALLISTRATUS, lib. 6, de Cognitionibus.

Oves pro⁴ numero abactorum aut furem aut abigeum faciunt; quidam decem oves gregem esse putaverunt, porcos etiam quinque, vel quatuor abactos: equum, boven vel unum abigeatus crimen facere. — § 1. Eum quoque plenius coerendum, qui a stabulo abegit domitum pecus, non a sylva nec grege. — § 2. Qui sepius abegerunt, licet semper unum vel alterum pecus subripuerint, tamen abigei sunt. — § 3. Receptores abigerum qua pena plecti debeant, epistola D. Trajani ita cavetur, ut extra terram Italianam decem annis relegarentur.

TIT. XV.

DE PRÆVARICATIONE.

1. ULPIANUS, lib. 6, ad Edictum prætoris.

Prævaricator est¹ quasi varicator, qui diversam partem adjuvat pro dicta causa sua. Quod nomen Labeo a varia certatione tractum ait. Nam qui prævaricatur, ex utraque parte constitut, quinimo ex altera. — § 1. Is autem prævaricator proprie dicitur, qui publico judicio accusaverit: certior ad vocis non proprio prævaricator dicitur. Quid ergo de eo fit, sive privato judicio sive publico prævaricatus sit, hoc est, [prodiderit causam?] hic extra ordinem solet puniri.

2. ULPIANUS, lib. 9, de Officio proconsulis.

Sciendū est, quod hodie iis [qui] prævaricati sunt, pena injungitur extraordinaria.

3. MACER, lib. 1 publicorum Judiciorum.

Prævaricationis judicium aliud publicum, aliud moribus inductum est. — § 1. Nam si reus accusatori publico judicio ideo prescribat, quod dicat se eodem crimine ab alio accusatum, et absolutum, cavetur lege Julia publicorum, ut non prius accusetur, quam de prioris accusatoris prævaricatione constiterit, et pronunciatum fuerit; hujus ergo prævaricationis pronunciatum publici judicij intelligitur. — § 2. Quod si *advocato* prævaricationis crimen intendatur, publicum judicium non est: nec interest, publico an privato judicio prævaricatus dicatur. — § 3. Si ideo quis accusetur, quod dicatur crimen judicij publici destituisse: judicium publicum non est: quia neque lege aliqua de hac re cautum est, neque per senatusconsultum, quo pena quinque auri librarum in desistentem statuitur, publica accusatio inducta est.

4. *Idem*, lib. 2 publicorum Judiciorum.

Si is, de cuius calunnia agi prohibetur, prævaricator in causa judicij publici pronunciatus sit, infamis² erit.

5. VENULEIUS SATURNINUS, lib. 2 publicorum Judiciorum.

Accusator in prævaricatione convictus, postea ex lege non accusat.

6. PAULUS, lib. sing. de Judicis publicis.

Ab imperatore nostro et patre eius rescriptum est, ut in criminibus, quæ extra ordinem objiciuntur, prævaricatores eadem pena adficiantur, quæ tenerentur, si ipsi in legem commisissent qua reus per prævaricationem absolutus est.

7. ULPIANUS, lib. 4, de Censibus.

In omnibus causis, præterquam in sanguine³, qui delatorem corrupti⁴, ex senatusconsulto pro victo habetur.

Tir. XIV. — 1. Lib. 9, C. 57. — 2. L. 2, infr. h. t. — 3. L. 1, § 5, in fin. supr. ed. — 4. L. 16, § 7, inff. de pen.

Tir. XV. — 1. L. 4, § 4, supr. de his qui notant, infam.; L. 1, § 2, § 6, inff. ad SC. Turpill.; L. 212, inff. de verb. sign. — 2. L. 1, supr. de his qui notant, infam. — 3. L. 1, inff. de bon. cor. qui ante sentent. — L. 18, C. de transact. — 4. L. 29, in pr. inff. de jure fisci.